Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

anima ut magnificet dominum. Sit in singulis spiritus marie ut exultet in domino. Si secundum carnem una mater est christi: secundum fidem tamen omnium fructus est christus. Omnis enim anima accipit dei verbum. Si tamen immaculata et immunis a viciis intemerato castimoniam pudore custodiat. Ille autem deum magnificat qui digne sequitur christum. Et cum christianus vocetur christi non minuit dignitatem magna et celestia operando. et tunc spiritus eius .i. spirituale carisma exultabit .i. proficiet. et non mortificabitur. Basilius. Si quis vero lux in arctum irrepserit. et ad deum diligendum et contempnenda corporea per illam obscuram et brevem ymaginem: per eam patre nullorum consubstancialem absque ulla difficultate consequetur in domino gaudium. Origenes. Prius autem anima magnificat dominum: ut postea exultet in deo. Nisi enim antea credidimus: exultare non possumus.

Theoph(ilus).

Quia respexit humilitatem ancille sue. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

In comme(moratione) de assumptione.

Causam. Gregorius. manifestat cur se magnificare deum deceat ac exultare in illo dicens. Quia respexit humilitatem ancille sue. quasi diceret. Ipse prevenit non ego excitavi humilibus enim attenta. Immo autem ad ineffabile consilium eligor. et exaltor de terra ad sydera. Augustinus. O vera humilitas que deum hominibus peperit. vitam mortalibus edidit. celos innovavit. mundum purificavit. paradisum aperuit. et hominum animas liberavit. Facta est marie humilitas scala celestis. per quam deus descendit ad terras. Quid enim dixit respexit? nisi approbavit. Multi enim videntur in conspectu hominum humiles esse. sed eorum humilitas a deo non respicitur. Si enim vere humiles essent dominum ab hominibus non se laudari vellent. non in hoc mundo sed in deo spiritus eorum exultaret. Origenes. Sed quid humile atque delectum quod dei filium gestabat in utero. Sed considera quia humilitas in scripturis una de virtutibus predicatur. que a philosophis modestia dicitur. Sed et nos eam possumus appellare quando deuitum cum quis non est inflatus sed ipse se deicit. Beda. Cuius autem humilitas respicitur: iure beata ab omnibus congnominatur. Unde sequitur. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Athanasius. Si enim secundum prophetam beati sunt qui habent semen in syon et proximos in ierusalem. quantum decet extollere preconium divine ac sacrosancte virginis marie que secundum carnem verbi genetrix est effecta. Gregorius. Non autem se beatam appellat iam nec vana gloria. Unde enim foret superbie que se ancillam dei nuncupavit. Sed sacro tacta spiritu que futura sunt prescivit. Beda. Decebat enim ut sicut per superbiam prime parentis mors in mundum intravit: ita per humilitatem marie vite introitus panderetur. Theoph(ilus). Et ideo dicit. Omnes generationes. non solum elizabeth. sed et omnes credentium nationes.

Quia fecit michi magna qui potens est. et sanctum nomen eius.

Ostendit. Titus. ergo non per suam virtutem se beatam predicandam: sed causam assignat dicens. Quia fecit michi magna qui potens est. Que est magna fecit. Eo ut existimarem crederes creatorem. famula ~~domini~~ dominum generares. ut per te mundum deus redimeret. per te illuminaret. per te ad vitam renovaret. Theoph(ilus). Ideo non magna non maneris illabata conceptio. superans nutu dei naturam. digna reputata sum sit in eo quomodo genitrix efficiar. sed virginea salvatoris. Beda. Respicit autem hoc ad inicium carminis ubi dictum est. Magnificat anima mea dominum. Sola enim quia anima illa est deo magna facere digna: dicimus cuius preconiis magnificare potest. Titus. Dicit autem. Qui potens est. ut si quis diffidat in conceptionis negotio. dum virgo manens